UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 24. Præsens negotium Patribus ab Osio Legato propositum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66653

Visual Library

Sæcul. XVI A. C. 1562. ab illa enim die omnibus conſeſſum ingredi permittebatur.

§. XXIV.

Præſens negotium Patribus ab Oſio Legato propoſitum.

Pallav. n. 6. Itaque Oſius Legatus, qui ſolus inter Legatos doctrinis Theologicis eminebat, dicere oriebatur, ac tam decreto faventes, quam eidem adverſos ita hortabatur: „convocati eſtis Patres non „ad ſubtilitatis oſtentationem, ſed ad „veritatis inquiſitionem in tantæ molis „controverſia; nam Præſides judicio „veſtro multum tribuunt, hinc vos non „in Synodo ſiſtatis tanquam arbo„res ſenſu carentes, qui ſe flecterent, „quo ab impetu majoris partis impel„lerentur, nam oportet vos commo„veri ab interiori vi cognitarum ratio„num: porro in anteactis diſputatio„nibus omnis difficultas non fuit ſub„lata, ac præcipue haud deciſum, quo „pacto poſſet Eccleſia novum hoc im„pedimentum inducere, quandoqui„dem in cunctis reliquis obicibus, us„que ad eum diem conſtitutis, ſem„per fuerit habita ratio alicujus faci„noris antecedentis, ob quod obex ori„retur inter contrahentes: ſed hoc non „accidit in præſentia: idcirco quiete, „& placide veſtras ſententias exponatis.

§. XXV.